

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Abstinencia g  
cum fonte primo

Non nulli uitam pudicam appetencium  
in medio itinere corruerunt,  
dum solam abstinenciam carniū putant  
et leguminibus onerant stomachum,  
que moderate parceque innoxia sunt,  
et ut, quod sencio, loquar nichil sic inflammat  
corpora et titillat membra genitalia,  
sicut indigestus cibus uictusque conuulsus.

Ieronymus in epistola ad Furiam.

inde est, quod  
nonnulli uitam pudicam adpetentium  
in medio itinere corruunt,  
dum solam abstinentiam carniū putant  
et leguminibus onerant stomachum,  
quae moderate parceque sumpta innoxia sunt;  
et ut, quod sentio, loquar nihil sic inflammat  
corpora et titillat membra genitalia  
nisi (sicut) indigestus cibus ructusque conuulsus.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 54.10.4  
(CSEL 54, I. Hilberg ed., p.477, ll.7-12).